BELISARII AQVIVIVI ARAGONEI NERITONORVM DVCIS DE INSTITVENDIS LIBERIS PRINCIPVM



BELLISARIO AQVIVIVO NERITONORVM

DVCI P. SVMMONTIVS S.

Peruetusta quidem querela est/atq; utinam non nimis Iusta genere ipse
Dux litterarum & bonarum Artium studia praeter maiorum Instituta
Ita esse/a/Regibus ac pricipibus uiris derelicta/ut quae liberales olim
artes dictae/nunc a senatoria Illa sublimitare In uulgus Iam atq; In ple
bem defluxisse:Ibiq; quasi In coeno atq; In fece quadam sordere uide-
antur. Quodq; longe etiam peius est /ubi potissimum illarum usus
oportunus erat ac necessarius/Illinc eas deiectas esse proculq; exter-
minatas. Nam quales plato populorum rectores uelit/omnes fere no
runt. Felices tandem Ille(ut nosti)populos putat/qbus a philosophia
praecipue profecta gubernandi ratio contingat. Quod cum ita sit/ dif
ficile dictu est quantum tibi quantiq; Andreae Matheo Hadriensium
Duci Fratri tuo nostra haec omnino debeat etas/qua uos duo praecla-
ra tum in re militari tum uero in litteris exempla uidemus/quae nobi-
les/optimatesq; excitare atq; ad tam honestam Impellere Imitationem
possint. Atq;/ut de fratre taceam/qui & maior te natu est & assiduus
magis litteras exercuit/In quibus ut ommittam bellicae rei gloriam/
quae Aquiuiuae familiae peculiaris Iam pridem est habita/quantum ille
profecerit non nostri tantum homines / Sed exterae quoq; nationes
norunt. Tu profecto ipse/postq̃ per uarios fortunae Impetus/Longaq;
illius Iniuriam licuit/Ita nuper te litterarum studiis quas leuiter olim
puer attigeras reddidisti/tantaq; In illas auiditate [illegible] ingenio in-
cubuisti ut uix credibile sit tam exiguo temporis spatio [illegible] te
& scire & mox scribere potuisse. Quae quidem non tironem [illegible] par
te sapiunt. Sed exercitatissimum &(ut ille ait donatum Iam [illegible] uetera
num. Accedit ad doctrinam per acre Iuditium tuum q[illegible] impri
mis ex eo laudauerim/q; materiam tibi In scribendo eã delegeris/quae
te digna esset/quaeq; proceribus ac sũmo loco natis conueniret. Ha-
bent iam per te quod lectitare illi possint. Nam primum de illorum
liberis instituendis scribens nihil deinde quod ad ipsorum dignitatem
spectet/ommisisti/dum de re militari/de singulari certamine/de Oeco
nomica/de Venatione de Aucupio ita omnino docte exacteq; dispu/
tas ut(qd plato cupiebat)aut moderantem populis philosophum/aut
philosophantem principem in scriptis tuis liceat uidere. Quae tam &
si tua causa legi libenter quia aeque In toga atq; in armis meritam tibi
gloriam surgere uideam/Legi uel ex hoc libentius q; & temporibus
gratulari nostris Iure possim quae in pristinum reuocari morem coepe
rint:& nostram quoq; uideo professionem ab humili loco ac sorde in
ueterem dignitatem ac solitum decus uindicari. Vale.

BELISARII AQVIVIVI ARAGONEI NERITINORVM DVCIS DE PRINCIPVM LIBERIS EDVCANDIS.

Vm maliuolorum hominum inuidia ac potius Malignitate arma relinquere & ociũ quærere cogeremur. quũq; nos in maxima regni perturbatione(ut erga principẽ fidem seruaremus) in non paruo uitæ discrimine paulo ante fuerimus Qua ex re ab hominum cõspectu sæpius abdere & quasi in solitudine nos esse impelleremur: Tamen quia a prudentioribus accepimus ex malis minima eligi debere ex illisq; excerpenda esse si qua in esse bona uiderentur litterarum ocium eligimus. Et quo securiores a malignorum insectarione nos redderemus / armis relictis(quando fatis ita placuit)ea scribere instituimus quæ mea etate digna esse uiderentur. Sed quoniam malignorum hominum ea est natura ut quos semel persequi consueuerint/ si uel publicis uel militaribus negociis persecutum quandoq; hominem interesse uiderint ab ipsorum malignitate(maledicendo)nunquam discedant/ Aliorum nos moti exemplo ad scribendum ea quæ principibus conuenirent studium nostrũ curamq; cõuertimus. Qum maxie Ista moralis philosophiæ pars(quæ ad principem attinet)non inculta sit. Et quamuis ab aliis qui non ex principum ducumine genere orti saltem ue oriundi sunt eo ordine non scribatur/ ipse etiam de illa scribendum esse censui. Africanus scipio totq; romanorum alii/ qui etiam in belli exercitio clarissimi habiti sunt tandem sese ocio dediderunt. Nos uero non ii sumus qui filiorũ amore uxorisue blanditiis lachrymisq; patriã deserere impediremur uel maiorum nostrorum mores uestigiaq; non imitaremur/ armaq; foris exercẽda a nobis non inuenirentur Sed quãdo

Regni nostri consuetudo legesque eae sunt ut sine principis uoluntate Iussuue qui uis sit inde discedere nō possit familiam nostram hac de causa (discedendo) omnino perturbādam esse non censuimus. Itaque ne ab ocii solitudinisque langore detineri uideremur de principum liberis educandis. eorumque postea officio aliqua scribere decreuimus. Et licet Antiquorum permulti utilissimo hoc scribendi genere. quod etiam ad beneuiuendi Institutionem pertinere uidetur ūsi sint nec illorum Iudicia ueriti dixerint non de morum Institutione ab illis scribi debere a quibus prius proprii mores non cognoscerentur. Tamen eorum exemplo motus allectusque qui posteritati tantum consuluere. (Non enim hominum fortasse inuidia emulatioque eis adeo curae fuit ut quae ad beneuiuendum attinerēt. relinqui ab ipsis uiderētur) pauca haec scribere uolui quae tam & si ab aliis elegantius copiosiusque scripta sunt/ nos tamen aliū scribendi ordinem sequi decreuimus scribimus igitur haec nō quod caeteri quamuis ex principum progenie non sint his preceptis non indigeant Nam ex plebe multi sunt qui bonis moribus imbuti ad principatus magnasque dignitates alias peruenere. Sed de principibus maxime eorumque officio quum in medio positi sint omniaque moderentur breuiusque res ipsa postulat ac beneuiuendi praecepta exigunt in lucem produxi. ut illi quos uel maxime amandos censuerim principatus resque puplicas perfectius administrarent. Rebusque necessariis omnibus oportunus prouiderent Pueri namque bene instituti facti iam uiri modestius rectius prudentiusque uiuent. Sin uero male morati fuerint. In uitia prolabi necesse erit ipsisque imprimis ac caeteris perniciem totiusque regni reipublicae euersionem exciduum interitum afferent: Opusculum igitur hoc cum paraphrasi In Aristotelis occonomica qualecunque sit si nō pro materiae dignitate bene dispositum erit tempori tribuatur. Aliis enim negociis impeditus illud perficere haud potui. Si quis autem scripta haec mea legere non dedignabitur scribentis tamē animū percensebit qui potius aliquid laude dignum agere q̄ ocio torpere semper existimauit.

PVEROS A MVLIERVM CONTVBERNIO CONSVETVDINEQVE REMOVENDOS ET RELIGIONE INSTITVENDOS ESSE.

Gitur a parentibus imprimis studendum est ut generosæ pudicæq; mulieris lacte filii nutriātur. Etenim nutricis lac primum filiis alimentum præstat: Idq; in carnē conuertit̄ adeo ut bōæ malæue habitudinis uel naturæ uel (si a doctis uiris dici pmittit̄) complexionis principium omnino sit. Pricipium enim plusq̄ rerum dimidium esse Aristoteles ait. Quare adnitendum est ut læta plurimum nutrix non temulenta non garrula (qua nutriri liberi possint) habeatur. Nam prima illa nutricis educatio multum etiam ad puerorum institutionem facit. Et licet principum liberi a præceptoribus morumq; magistris postea doceri possint facilius tamen ad eruditionem bonis antea moribus imbuti progrediuntur. Bonorum itaq; morum placidiq; sermonis infantium nutrix esse debet ut primæ liberorū institutioni prouideatur. Eritq; postea omni cura studendum ut quo citius fieri poterit a mulierum contubernio liberi remoueantur: ne effœminati adoleant ne blando & delitioso fœminarum luxu (quo uiris multum liberalitatis fortitudinisq; auferri solet) corrumpantur ne illiberalibus officiis assueti difficilius uirtutum maximarum uestigia sequi uideantur: Sed pedagogo optimorumq; uirorum institutioni tradendi sunt: Quorum præceptis uirtutibus principe dignis instrui possint. (Alexandrum regem in incessu Leonidis pedagogi sui & in moribus non potuisse carere uitiis legimus, quibus paruulus fuerat infectus) religione itaq; primum (quæ q̄uis in omnibus precipua tamen in principibus esse debet) eos instruant exemploq; moueant. Principem enim oportet (ut in

Aristotele legimus) religioni imprimis ita animum intende/re ut minus a populis timeatur ne quid iniuste ipsi patiatur: Si quidem in illum cõspirare non audebunt; Cui deū optimum maximum fautorem ac uindicem fore existimabunt. Nam eam religionis esse uim dicimus ut etiam a uera disiungi sapientia nequeat (quæ quidem si quandoq̧ /a/ religione diuellitur, extra fines suos studiose a principibus quærenda est. Quippe Qum tanti apud omnes semper relegionem ua luisse comperatum sit: ut priscis illis temporibus multo ante christi aduentum/ deorum numina/ pontificum scientia/ augurum obseruatio/ prodigiorum procuratio/ uatum libri in pre/tio haberentur. Tantumq̧ antiquis studium tanta religionis obseruantia fuit: ut a mundi principio ante urbium constitutionem/ ante gentium populorumq̧ diuisionem relgio apud homines maxime excoleretur. quamuis nullum sacrificium nullusq̧ maior cultus a principe offerri deo possit q̄ si se optimum populis iustissimumq̧ præbuerit. Qua propter adnitē dum est ut pedagogus religionis obseruantissimus habeatur. qui tum antiquorum tum recentiorum exemplis puerorum animos ad religionis obseruantiam incitet. Delectantur enim pueri quum & romanorum græcorum externarumq̧ gentiū exempla recitantur. (Exemplo enim magis q̄ uoce hominum animos moueri certum est) qum tot annis opulentissimarum florentissimarumq̧ Ciuitatum populos ad præclara facinora facienda religione compulsos audient. Quo factum est: ut etiam Imperia sacris inseruire non dubitarint. omniaq̧ post religiōem ponenda uiderentur. Quibus auditis/ actentis sem per auribus pueri religiosissimi euandent. Omniaq̧ (quum adulti fuerint) ad deum referēt: cuius nunime nutuq̧/ ciuitates/ urbes/ regna ac exercitus regi/ gubernari/ duciq̧ p̄spicimꝰ. Multorum ad hoc ducum exempla accederent: regūq̧ (quos nostris præsertim temporibus uidimus) quorum gesta & si felicissima fuerunt/ religione tamen præcipue multa eos affe/ctos fuisse scimus: quæ nisi ipsa multorum animos traxisset

haud certe essent assecuti. Aragoniæ Regis exemplum (inter cætera) nostros ante oculos accædit; Nam alia (ne longiores simus) prætermittimus. Quippe qui christiano nomini tantũ se debere semper existimauit, ut christo deditos nunq̃ bello lacessiuerit. Votoq; se ipsum deuinxerit se tantum propulsatu/rum nulli uero iniuriã illaturum; Quo factum est ut omnia illi ex uoto successerint/ac parua etiam manu multos africæ populos christiano nomini Infensissimos hostes suæ ditioni sub uera christi religione subegerit. Omnes enim principes religioni dediti felicissimum exitum ẽcõtrario uero qui in religiosi sunt Infelicissimum habuere.

Catholici Regis exemplum.

DE LVDIS QVI PVEROS DECEANT AC LITTERARVM STVDIIS MAXIME A PVERO INCVMBENDVM.

Nimaduertendum est ut principum liberi Qum pueri sunt ludis aliquando exerci/centur/ Quibus non eneruari / Sed potius ad futuram pugnam accendi eorum animi uideantur (Nam semper modestiæ graui/tatiq; pueros incumbere haud quaq̃ fieri po test). Nec uero adeo/a/ pædagogo continendi sunt adeoq; ar cendi/ut uel effrangi puerorum animi uideantur: Sed quan/doq; palestra/quandoq; uariis armorum generibus pro ludis utantur. Rarius tamen musicæ oblectamentis animum demul/ceant/ne iis gaudere assuescant/quibus demum effæminari possint: Sed equitando uenando omniaq; agendo / caloribus frigoribusq; uti consuescant. Confert enim pueris, ut Aristo/teli placet/a pueritia frigoribus assuescere/ hoc siquidem ad sanitatem & res bellicas utile est. Ad cuncta enim quæ fieri possunt/ab initio melius assuescendum est. Ludi itaq; puero/

rum neq illiberales/neq remissi sint(Nam paranda iniuuentute sūt solatia quæ honestam senectutem possint oblectare) Vt ex eorum imitatione/quæ postea serio eueniunt facilius atq æquiori animo ferant. Qum autem litterarum capaces esse uidebuntur/præceptoribus traddendi sunt/a/quibus nō minus litterarum studia q̄ boni mores hauriri possint. Multum enim pro regendis Ciuitatibus rebusq publicis faciunt litteræ. Niciphoro uisum est regni philosophiæq eandē esse rationem ita ut affinitatis aliquid cum regno habeat philosophia. Nam scientiarum scientiam artemq artium: philosophiam nominamus: Regnum uero aliis regni prouintiis ac regem cæteris regni pricipibus dicimus Imperare. Neq enim aliud qui sciens est dum imperat/Dici potest q̄ philosophantium usum exercere: dum maxime leges qui statuet: moralis filosophiæ expers esse non debeat. Qua/e/re Plutarcho etiam uisum est/sicut puero non cōmictendas esse diuitias / Ita nec indocto uiro imperium: Qum solus Sapiens(ut Aristoteli placet/deorum amicissimus esse uideatur. Quid enim est magnitudo imperii/Quid urbes/regna/cœterarumq rerum amplitudo in principe si non idem sapiens sit? qui cum sibi suisq rebus/tum eorum qui regno subsunt/possit ac sciat incolumitati consulere? Aut qd se dignum munus exhibere potest/Qui nec per se sapit/nec audiendis uiris studio sapientiæ præditis operam dandam curauerit/nec memoriæ antiquitatis ratione incumbit? Qui totos dies inanibus sermotiunculis/conuiuiis/scurrilitate atq explendis libidinibus terit? Siquidem Nerones/Sardanapalli/aliiq eiusdem generis ii fuerunt qui uitiatis corruptisq moribus/nihil principum fastigio dignum præstare de se potuerunt: quos non solum fœdo exitu interisse conuēnit/ Sed ne æditos quidem fuisse: Qui disciplina sapientiæ neglecta/ præceptisq beneuiuendi contemptui habitis/regiam dignitatem obscenis facinoribus atq omni genere dedecoris fœdauerunt. Contra autem propter opinionem uirtutis sūmæq eruditiōis/fama adhuc ad inmor

talitatem extulit Octauium/Antoninum / Neruam Traya/ num/aliosq; summos principes/quorum multa & dicta pru/ denter/ & facta constanter/ & administrata sapienter regna at/ q; imperia memorantur. Et q̃uis parem non omnes Ingenii bonitatem a natura sortiti sunt principes / ut quæ subditis cond ucant satis perspicere possint/legendo tamen interdum quæ præclare doctissimi uiri scripsere aut percunctando / ma/ ximam Laudem assequentur. Dumq; administrandarum re/ rum curis animus subtrahendus est/ad libros contemplan/ dos tamq̃/e/fluctibus tempestatum in pertranquillum por/ tum animum traducant. Socrates iam etate prouectus fidi/ bus operam dedit/magistroq; digitos suos componendos cō misit. Cato etiam ille romanus putans turpius esse nescire q̃ discere/latinas litteras senex grecasue didicit:existimans bea/ tos fore quibus dei optimi maximi munere datum esset aut facere scribenda aut legenda scribere/ beatissimos uero quibus utrumq;. Qua de re conadum est omni etate discendum esse: Qum nobis omnia/e/litterarum scientia notiora sint:saltem/ ne quid imitari/Quidue euitari conueniat/ exemplorum le/ ctione intelligi magis potest. Nam si senum sententias admi/ randas putamus ipsosq; prudentiores Iudicamus, eo q᷑ mul/ ta eos uidisse necesse est(qua e/re illorum dicta libenter audi mus)quanto magis antiquorum libri In quibus recta uiuen di ratio continetur/In quibus multorum seculorum res con/ memorantur legendi sunt? Quam ob rem optime Isocrates ait q᷑ ab athletis non tanto studio corpora curanda sunt/ quā to a principibus animus excolendus.

QVEMADMODVM ADOLOSCENTVLI INSTITVENDI SVNT.

q Voniam autem diximus quo ordine circa princi pum educationem puerorum procedi debeat pau ca etiam quæ adoloscentibus ipsis conuenire ui/ dentur dicenda sunt. Tales Itaq; morum magistri inueniendi eligendiq; a principibus sunt/ qui turpibus careant/qui uitiis

in honestisq; rebus deditos homines horrescant/qui ament/
non adulentur.Nam cum gloriæ honorumq; cupidi iuuenes
sint:& ut facile decipiātur idonei (ut Aristoteli placet)ab adu
latione pœnitus omni principes fugiendum esse censeant.Ip/
sa namq; sæpius Ciuitates/Regna/principes / pessumisse uide
mus.Quam ob rem adulatione quis gaudere non debet: qui
mentem habeat libero homine dignam. Et q̄uis naturale ho/
minibus sit principibus maxime(cum magni animi sint)lau
dibus delectari / Quæ quidem ut vere non tacende sunt / sic
etiam/a falsis/ne periculum pariant(Nam adulationibus de/
cipi plerumq; principes solent)fugiendū esse putamus Qum
maxime imprimis uitiorum omnium perniciosissimū uitium
dici adulatio possit.A qua cauēdum adeo est(cum pestis ani/
mi sit)ue non minus ab adulatoribus q̄ a peste & quacūq; alia
re nefaria fugiendū esse censeamus.Aures enim(ut Pontanus
noster ait)adulantibus qui prebet/is omnino suus esse desi/
nit/ ex aliorum namq; assentationibus omnia potiusq̄ ex se
suaq; conscientia metitur.Nullum enim animantium genus
assentatoribus est pniciosius / nullū q̄d citius in p̄cipitia Iuuē
tutē deducat.Quippe Quꝫ uoluptatē assentatores/uirtutē bōi
magnificāt:hi tēpātiā/Illi lasciuiā/hi labores appetēdos/Illi se
cordiā sequēdā eē psuadēt.Quo circa scelestissimū hoiuꝫ gen9
Iudicādū ē/q amicitiā simulātes prauis cōsiliis pricipū dignita
ti officiūt.Picturā Intuēti Alexādro(q̄ regis prius Imaginē de
ide uero Iustitiæ p̄seferebat)philosophosq;(q secū aderāt) In
terrogāti q̄d significare pictura uellet: Anaxarcū rn̄disse legi
mus.A regis uolūtate Iustitiā esse ꝓcessurā.(Alexādro.n.as/
sentiri crediderat).Quod egreferēs philosophus Alter rn̄dit/
Minime eo id mō Interp̄tādū esse/Regē.n./a/Iustitia secedētē
priuati potiusq̄ pricipis offitio fungi existimādū eē putabat.
Quo factū est ut amicus deinde semper is ab Alexādro appel
laret̄.Quā ob rē fidi putādi nō sūt q laudāt q̄dcūq; dixerit prī
ceps feceritue.Sed q ei9 erroribꝰ repugnat hunc fidū hūc ami/
cū eē putam9.Quib9 ex causis a magr̄o moꝝ sic uitia rephen/

denda sunt/omniq; studio a præceptore curandum est/ut qd agendum/quid non agendum/a quo etiam cauendum fugiendumue sit/instruendus intelligat.Quando præsertim (ut Apud Isocratem legimus)qui priuatos erudit/solos illos iuuare:At uero siquis eos(qui multitudini dominantur)uirtutibus Instruendos putauerit/non eis solum/qui ad urbium Imperia constituti sunt/uerum etiam rebus puplicis omnino utilitatem afferre uidetur.

A QVIBVS REBVS CAVERE ADOLOSCENTES DEBEANT.

q Voniam autem in Aristotele legimus hominem natura morib9 & ratione Indigere: Naturaq; principum liberos antecellere: His moribus instruendi sunt/ne aliorum quandoq; puerorum adoloscentiumue cõsuetudine mala corrumpantur: Improbiq; & ipsi efficiantur.Quare uerborum Imprimis obscenitate uti non assuescant. Qum ex Turpiter loquendi licentia/ Turpe aliquid quandoq; ab ipsis fieri uideamus.Prauæ enim confabulationes uia quædã sunt ad facinora.Quam obrem/a/præceptoribus morumq; magistris monendi Imprimis adoloscẽtes sunt/ne sermõis turpitudine ad libidinem quoquomodo prouocẽtur:qua illecti postea iis aliquando Iniuria Inferat/ qui præcipue honorem magni semper faciendum esse existimant.Sibi principes persuadendum putent/ Quantum ipsis præstandum honoris/a/cæteris putauerint/Tãtum aliis præstare omnino studeant.Censuit Aristoteles ab omni contumelia abstinendum esse/& a duobus præsertim/ne priceps in subiectorum corpus flagris/ne ue in suos libidine insultaret. His enim præcipue rebus hominum animos adeo offendi putamus/ut aliud nihil magis offendere homines uideatur.

Ac uero si principum plures instituendi simul sint liberi/maxima/a praeceptoribus morumque magistris cura adhibenda est/ne alterum alter contumelia afficiat/quare odia inter ipsos postea concitentur. Natura siquidem magni animi uiri cõtra contumeliosos Infesti sunt/fratres praesertim in fratres: Qum prouerbio dicatur fratrum iras contemptionesque acerbissimas esse. Nam si quis alterum nimium amat/eos etiam euentu aliquo sese odio prosequi solere necesse est. Qum si/a quibus beneficium expectatur/ledi quispiã arbitretur/pati nullo modo posse existimemus.

QVID MAXIME PRINCIPEM DECEAT.

Ipsam autem naturam diximus principibus maxime opitulari: Quum a parẽtibus orti sint Quibus uirtutes inesse solent. Nam sicut a ficubus non nisi ficus/a/piris nõ nisi pira gigni possunt/ Sic & a principe bene educato institutoque ac uirtutibus praedito/non nisi uirtuti deditum principem nasci consentaneum est. Neque enim cogitari aliquod turpius posset q̃ si pictorem uideremus (quo magis fieri poterit) ad naturae instar alicuius animantis imaginem pingere/filium autem patris uirtutem non imitari. Quippe quae sola est quae rebus omnibus praeest. Eo quod si Iuuentutem ipsam consideramus/uel morbo aliquo egritudinemue/uel senectute deturpari eam necesse est. Si diuitiis comparandam quis uirtutem censeat/eo prestantior uirtus Inuenietur/quo solertissimus quisque desidi/quo placidus iracundo/quo fortis Timido praefert. Si externis aliis bonis comparemus/malignitatis desidiaeque plurimum In eis repperiri continget. Si uero corporis uiribus uirtutem postponemus: Temeritatem saepius uires (si uirtutis modum excesserint) Tribuere hominibus solere percipimus. Quare uirtutem ipsam his omnibus praeferri debere necessarium est.

qua Imprimis adnitendũ est principum filios erudiri / cum uirtutem postea cum ipsis simul senescere necesse sit. Nam ut uentorum Impetu fumus / flanteue borea nubes aliqua Impellitur; Tandẽq; ab hominum oculis fugiens euanescit: Ita etiã diuitiarum Imperiiq; gloria sine uirtute fluxa ac fragilis est: solaq; uirtus clara eternaq; habetur. Vlixẽ / e / naufragio eiectũ in littore / nudum uestibus uirtute tamen ornatum / pheacum multitudo conspiciens cæteris fortunatis pheacibus uenerabiliorem admirata est. Qua / e / re poetarum princeps Homer9 ait / o / Homines uobis sit Cura uirtutis: Sed quoniam de iis quæ ad puerorum mores educandorum spectant) pauca dicta sunt / restat de principis offitio dicere qđ rationi subest. Nihil enim (ut Aristoteli placet leges prosunt / quæ a gubernatoribus decernuntur (de principibus enim Intelligi debet) nisi q leges statuunt / bonis moribus Instituti / rationiq; obedientes fuerint. Quo circa omni studio conandũ est cæteros prudẽtia principem antecellere: quoniam In promptu est talia fore imperia / quales eorum sunt mentes quibus Imperia gubernãtur. Erit igitur primum regiæ disciplinæ documentum / ut omnem uitæ simulationem a se princeps alienam putet. Integritatem / e / cubiculo In aulam atq; in puplicum efferat. Isq; omnino sit quem haberi ab omnibus cupit: Qui uirtutem / Integritatemq; uiuendi colat: Non qui deposito diadémate nihil habeat qđ admirari quisq̃ præter fortunam possit. Simulatio omnis / e uita principum tollenda est / nisi quæ prudentia consilioq; togæ atq; otio conducibilis sit. Nam adeo in eminentissimo loco principes degunt ut eorum nihil latere diu possit. Existiment propterea se nõ omnino mortales esse: ad eamq; perueniendum esse sedem in qua beati æuo sempiterno fruantur. Mortalem enim internam uim hominis nemo asseruit / qui non terræ inmersus uoluptati uitæq; huius delinimentis sese obdiderit. Principem non luxu atq; intemperantia / superbiaue / ac ceteris uitiis refertum esse: Non ira / metu / tristicia / uoluptate / uariisq; cupiditatibus / animũ perturbari debere.

Homerus scripsit: Sed eum (qui sibi & subditis tanq̃ uerus custos ac populorum pastor aduertat) Laudibus extollendũ putauit. Preclareq̃ idem cum alia permulta cum hoc etiam dixisse uidetur. Rex unus cui sceptra dedit uenerandaq̃ Iura Iuppiter: utq̃ recta forent & Iusta uideret. Quasi non omnes (diceret) sceptrum atq̃ imperium Sed soli boni/ Non intemperantes/Non improbi / Non auari (qum nec sibi, nec aliis unq̃ recte dominentur) habere debeant. Itaq̃ princeps bonus qui reputari uult/ Subditorum curam post deum habeat. Qua ex causa fiet/ ut maximo/a/ suis amore prosequat̃. Nam Si ouium grex/ Si Iumentoꝝ armenta curatorem (qui ea pascit) ferũt inrationalia q̃uis sint & ratiõis expertia diligũtq̃/ quanto magis subditi qui rationis participes sunt si de eis curam haberi intelligent/ principem obseruabunt? Et qm̃ anima & corpus duo sũt/ ita quoq̃ duas esse animæ partes existimamus. Inrationalem (uidelicet) unã/ alteram uero quæ rationem habet. Item earum habitus duos esse Aristoteles in politica refert/ Quoruꝫ alter est appetitio/ alter uero mens: Quam obrem de iis dicendum / est quæ ad mentem pertinent: Et qum a mente electio proficiscatur, mente pollere princeps debet & prudentia/ qua sine urbes, regna populiq̃ regi nequaq̃ possunt. Quippe qum prudentiæ finis sit præcipere quid agẽdum/ Quid etiam non agendum sit. Prudentisq̃ officium esse Aristoteles ait: cum circa ea bene consulitur/ quæ bona esse cognoscimus: esseq̃ agendi habitum uera cum ratione circa ea quæ bona sunt homini aut mala. Siquidem principi conuenit/ Vt ea quæ sibi ac cæteris bona malaue sunt perspiciat. Quare ad rem puplicam gubernandam is aptus est qui prudens ab omnibus existimatur. Temperãtisq̃ officio fungit̃. Temperantiam enim/ Aristoteles prudentiæ conseruatricem appellauit. Qua quidem/ omnia (quæ ad principem attinent) assequi princeps existimet. Quid enim magis esset contra maiestatem q̃ qui aliis imperet eum intemperantiæ inseruire? Cibi enim ac potionis somniq̃ desiderio cæterarumq̃ delitiarũ,

(quibus effeminantur homines) temperamento uti decet. Quare considerandum est: Principem in umbra & plumis cra pulisq; assidue agentem/ungentorumq; generibus assuetum/ multa uitia necesse est circumsistere. Qum itaq; uirtutum om nium princeps prudentia sit/Qua cum uirtutes aliæ simul cõ currnnt/neq; ab ipsa seiunguntur/sineq; prudentia electio fieri haud quaq̃ possit/principi quidem ipsi prudentiã Impri mis necessariam esse censemus. Quippe quæ expetendarum rerum fugiendarumue scientia esse dicitur. Cuius quidẽ pru dentiæ tres esse partes legimus. Vnam enim memoriam nomi namus/Alteram uero (qua id qd est Intelligimus/siue men/ tem dicimus: Tertia autem ea est qua futura contemplamur prouidentiamq; appellamus. Quo circa considerandum est/ principi unamq̃q; ipsius partem necessariam esse. Siquidem præteritarum rerum memoria gestarumq; fit/ut omnia a qui/ bus cauere quisq; debet/princeps metiatur: Amplexeturq; ea quæ Imitanda sunt/quæ etiam fugienda Turpiaue sint fu/ giat: atq; (ne quid euenire possit quod/a/principe non proui sum excogitatumue sit) percipiat & moderet̃. Nec minus pri/ cipem decet Imprimis Iustitia pollere: cum maxime non ad se solum sed ad alium extendi Iustitia uideatur. Quare perfectis sima uirtus est. Cõplures enim homines In his (quæ ad seip sos pertinent) uti uirtute possunt. In illis uero quibus alius considerandus est/sine Iustitia (quæ a prauitate ab est) omni/ no nequeunt. Quare boni principis offitium est /a/ prauitate longissime abesse/optimi uero uirtuti adherere. Errores tamẽ omnes atq; hominum peccata dignis semper pænis punien/ dos esse princeps non putet: Quia mitis ab omnibus facilisq; non crudelis existimabitur. Dandaq; est opera ut sapientia ab eo potius uirtuteq; Ciuium facta q̃ nimio terrore uincãtur. Virtutis enim ea uis est eaq; natura ut ubicunq; sit latere non possit. Q d Qum ita sit si Iustitia princeps pollebit/ omnes eius Imperium equo patientur animo/ Illiusq; moderationi se se sponte subiicient. Q uippe Qum Iustitiæ partes sint liber/

ralitas/Innocentia/pietas/amicitia/concordia/religio/humani tas fortitudo/temperantia:quæ quidem ad retinendum Im/perium augendumq; plurimi apud omnes estimatur. Nam tē peratus nec adulterium cōmictendum nec modo aliquo libi/dine uti debere quemq̄ censet. At uero si Inter subditos contē/tio exorta fuerit/nullius gratia Induci princeps uideatur:Sed is In Iudicando existimetur ut stabilis firmaq; eius sententia apparere possit. Nam si eam Inmutari quandoq; contingeret/ ab errasse forsitan princeps existimaretur. Animaduertendu3 tamen Imprimis est ne quos cōtumelia afficiat: Sed optimos quosq; amplissimis honoribus/ Alios uero Iniuria minime prosequatur. Fortitudinem etiam Iustitiæ partem esse/ uel ex hoc maxime patet:Siquidem lege præcipitur locum non de/seri ab acie fugiendum non esse/Arma abiici non debere/ho stes pro hostibus esse habendos:& similia his. Et licet plures etiam uirtutes Iustitia contineat cupidinibusq; careat/Totam tamen ipsam uirtutem continere Ipsam Iustitiam Aristoteles censuit. Proprium tamen Iustitiæ esse unicuiq; quod suu3 est Tribuere. Qum omnes leges ad Cōmunem hominum utili/tatem coniectare idem etiam feri pserit/ virtute uel aliquo alio Tali modo ad utilitatem maxime optimorum aut principu3. Quam ob rem Iustitia potissime principes uti debent/ eaq; pollere/ ut uitiis prorsus omnibus carere existimentur: Sciāt (necesse ē) Pricipes tam apud grecosq̄ barbaros appelatione regum dignos existimatos esse/quos iouis discipulos & emu/latores homericus sermo declarauit. Solus namq; Iuppiter/& rex & pater deorum nominatus est. Idemq; Ciuitatis & amici ciæ præfectus/& socialis/et congenuus/& hospitalis & mille aliis vocabulis poete vsi sunt. Nam propter imperium ac po/testatem rex appellatur. Pater autem propter curam ac man/suetudinem. Ciuitatis præfectus propter leges & cōmunem Omnium vtilitatem cōgenuus propter eā (quæ diis est cum hominibus societatem. Socialis quia homines congregat & omnes amicos esse uult. Supplicius quia supplicantes exaudit

Hoſpitalis:quia hoſpitem non negligere & hominem alienū ducere/amiciciæ Inicium eſt.Fructifer uero quia fructuū diuitiarumq; non autem paupertatis & Inopie dator eſt. Que uirtutes omnes principi conuenire uidentur.

CLEMENTIAM LIBERALITATEM AC CONTINENTIAM PRINCIPIBVS CONVENIRE.

Mnium autem primum clementia liberalitaſq; ad principes attinere uidentur. Quarū quidem uirtutum una eſt delinquentibus parcere/Altera uero omnibus benefacere. Quare utraq; ad hominum ſubditorumq; maxime beniuolentiam acquirendam/concitandam/Compellendam/præcipua eſſe uidemus. Nam plurimis maximiſq; Imperatoribus clementia non minus q̄ fortitudo profuit.Ea enim adeo hominum animi alliciuntur trahunturq;/ut quid magis principibus conueniat/excogitari non poſſit:Quem uero tam eſſe humanum decet q̄ qui hominibus Imperat? Principem mitem & humanum non ab hominibus ſolum diligi uerum etiam amari neceſſe eſt.Nam ſi omnes ſibi & amicos & beneuolos arbitratur mitem eum ac omnibus propicium homines exiſtimabunt. Quippe nulla uirtus eſt quæ magis Inmortali deo ſimileſ q̄ clementia principes effitiat.Ipſa enim romanorum Senatus plurimum laudari meruit Ipſa Carthaginenſium legatos In ammirationem conuertit:cum tot penis (Iniuriis acceptis) uenia a romāis daretur/diis.Inmortalibus Romanos æquandos hoſtium legati arbitrati fuerint.Alexandro ut Infinitam gloriam bellica uirtus peperit:ita & Incredibilem amorem clementia liberalitaſq; comparauit.Qua/e re milites ſub ipſo Duce Iucundius militabant(quia ipſi etiam gregariorum militum incolumitas proprio faſtigio Carior erat)& ſi aliquando deliquiſſe mi

lites uiderentur/non hominem Insectari sed crimen punien/dum esse censebat. Neq; liberalitate minus principem uti de/cet, Quum ea præcipue subditos familiaresq; ita deuitiat/gratitudiniq; coniuncta fidos faciat/ ut Ipsis principibus nihil curæ magis hoc esse debere existimemus E contrario uero nullum tetrius uitium auaritia Iudicari. Cuius quidem suspitio a principe pœnitus fugienda est. Populo romano inmortalem gloriam peperit: q attalum regem asia capta donauit. Neq; enim gloriã se adepturuz quis putet qui rebus(quas mali adipisci cupiunt studet. Sed qui pluris faciendam esse præ/claram & honestam gloriam potius putauerit q̃ Ingentes diuitias filiis reliquendas Illum laudibus extollendum esse censemus. Quippe Qum fluxe atq; mortales diuitiæ sint/gloria autem solida atq; imortalis semper habeatur. Etenim diui/tiæ gloria parari possunt/pecuniis autem gloria non paratur: Quam ob rem gloriæ imprimis princeps animũ intendat/ Qum graue & Indignum putari debeat, si priuatos gloriæ honorumq; cupidos esse: Principes uero degeneres Intelliga/mus. Flaminius consul maximis/a senatu laudibus prosecu/tus est/q omnes greciæ urbes(quæ sub philippi ditione fue/rant)liberas inmunesq; esse iusserit. Philippo Mariæ mediola/nensium Duci(paucis ante temporibus)multum gloriæ li/beralitas attulit: Qui dum Alfonsus Rex cum multis proce/rum Neapolitani regni principibus/a subditis philippo ligu ribus piratis caperetur)non solum regem libertate donauit/ Sed cum muneribus In regno remissum amicissimum sibi foedere Confirmauit. Quamuis semper & cum omnibus uti liberalitate non placet. Cum si postea assueti non acceperint (ut Pontanus ait)Quando manum retrahere necessitas coget/ tam q̃ si iniuriam acceperint/animum omnino mutendum fore existiment. Cirus qui liberalitate ob inopiam uti non poterat/beniuolentiam suorũ humanitate assequebatur. Laborum etenim socius suis se offerens (dum liberalitate non poterat) adiutor in faciundis operibus suis ostendebatur. At uero si

contra faciunduʒ princeps censuerit: alieniq; appetens fuerit/ & rapacem existimari necesse erit/ & Tiranni sibi nomen facile uindicabit/ ab humanitateq; se iungi omnino putabit. Optimi itaq; principis erit humanitate/ prudentia/ liberalitate/ etiam & continentia uti. Non enim minus scipionis continentia q̃ in gerendis bellis fortitudo laudatur. Nam semper se ipsuʒ continentia uicit. Fortitudine autem bis uel ter hostem superauit.

ANIMORVM PERTVRBATIONES QVAM MAXIME COHIBENDAS ESSE:

C Ohibendos esse ab affectibus principum animos omnino putamus. Si quideʒ animi cõmotiones quæ ad agendum nos impellunt/ si feruentiores sint/ ad iniqua flagitiosaq; nos rapiant necesse est. Si uero languidæ remissæ/ etiam actiones languentes erũt. Quare mediocritas ea tenenda est/ ut affectus ipsi temperent modusq; & mensura in agendis rebus adhibeatur. Nam superbia efferri/ insolescere/ sui ipsius principem obliuisci non prudentis est. Quippe qui se hominem esse meminerit nunq̃ superbia efferetur: nunq̃ insolescet: humanisq; rebus deum præesse semper existimabit. Non amicitia iraq;/ non odio ab officio discedet: atq; ita omnia moderabitur/ ut ante oculos sæpe ultorem deum optimum maximuʒ habere existimet. Quam ob rem sicut humanitati pronum/ ita etiam superbiæ inmanitatisq; inimicum principem esse decet. Humani siquidem generis Inimica crudelitas est/ nihilq; magis qd feris conueniat q̃ ipsa crudelitas/ inuenitur. Hanibalẽ legimus (qui romanoꝝ corporibus pro ponte in gelo flumine usus est/ inde exercituʒ traduxisse/ eundemq; captiuos romanos itinere fessos (peduʒ

parte succisa) semianimes in itinere reliquisse. Quod quidez uitium quantum principibus conueniat facile iudicari pôt. Qum his maxime duobus crudelitate (uidelicet) auaritiaqꝫ si notati principes sint/ab eis uel imprimis fugiendum esse pu temus. Qum uno pserum ledi/altero uero malefici principes effici uideantur. Hinc etenim proscriptiões/ hinc exilia cedesqꝫ (ut Pontani uerbis utar) hinc alieni appetitio/ hinc diripien darum urbium cupido/ hinc subditorum expilatio sæpiusqꝫ in dominos coniuratio/ hinc seditiones eueniunt. Non enim magis est contra naturam morbus aut egestas aut eiusmodi/ q̃ detractio aut appetitio alieni. Quare ita/ a/ principe auaritia fugienda est. Tantumqꝫ imfamiæ atqꝫ odii ex ipsa acquirere principes sciant/ Quantum laudis immortalitatis beniuolen tiæqꝫ/ a/ liberalitate ipsos assecuturos esse diximus. Igitur qui aliis præest/ uacuus (ut idem ait) debet eẽ affectibus. Ira nãqꝫ rectum qđ sit cernere minime patitur/ odium ad iniqua impel lit: Illud magni Alexandri exemplo nunc uenit: qui usqꝫ adeo in calistenem philosophum Iratus fertur/ ut perturbata eius animi ui solitaqꝫ clementia/ eum abscissis auribus & naso la/ biisqꝫ deforme ac miserandum spectaculum omnibus reddi/ derit: atqꝫ in cauea cum cane clausum ad cœterorum mœtum circumferri uoluerit. Quem lisimacus audire solitus/ misera/ tus tanti uiri penas uenenum ei in calamitatis remediũ dedit. Quod quidem egreferens Alexander/ lisimacuz ferocissimo obiici leoni Iussit. Ad cuius conspectum leo impetum faciẽs (manu in os leonis/ a/ lisimaco Immissa ãmictulo Inuoluta) arrepta lingua færa exanimata est. Quam ob rem ut meritam fortitudinis laudem lisimaco/ Ita etiam Alexandro Inmanita tis ex ea re famam tribuendã esse putamus. Quare affectibus ita carere principes debent ut/ a/ recto nunq̃ discedere existi/ mentur: Sed æquuz & bonum semp sequendũ esse putamus. Quod Aristoteli pstabilius Iusto uidetᷣ: Et si nõ simpliciter Iusto/ eo tamen quod peccare solet. Nam Qum (ut idem ait) lex uniuersaliter loquatur/ aliquid a legis latore ommicti po/

tuit ut absolute peccasse uideretur. Quare boni erit & æqui ex ea parte legem emendare/ qua ob uniuersale fortasse defecerit. Qum impossibile sit in omnibus legem ponere. Pessimum tamen erit(ut quibusdam in locis fieri solet) si pecuniarũ alia rumue rerum cupiditate uel affectu aliquo / interpretatione legum quispiam uti uolet/ sicut ĩmurorum edificatione lesbię utebantur. Norma enim plumbea ad lapides figuram muta batur. Quam ob rem semper memoria tenere princeps debet/ ne(si bonus & æquus reputari uoluerit)exacte Iustum Inde teriorem partem exequatur: Sed si fortasse aliqua ex causa im minuendum putauerit/ maxima dignum laude reputari eum debere Censebimus.

SENIORES VIROS SEPISSIME FREQVENTANDOS.

q Voniam autem prima sors Ingenii non pluribus a natura Tributa est, ut ipsi con/sulant Quid in re sit/ab adoloscentibus iu uenibusq; a senum latere discedendum non est. Qui dum Imperare didicerit, bene mo/nentibus obediant/Qum præcipue adolo scentibus insit(ut Ciceronis utar uerbis) maxima imbecilli tas consilii (Quippe Qum sine rerum experientia iis quæ eueniunt consulere huad quaq̃ possint) Quam quidem nisi temporis lõgitudine minime homines assequuntur. Quare sa/pientes primum colere principes debent: illorũq; dictis aures libenter adhibere: Ne propriis fidẽtes ingeniis/a/recto guber/nandi ordine discedant. Nam si cum Sapientibus adolescens perseuerauerit/optima pro administrandis rebus fundamen/ta ad sapientiam assequendam se iecisse existimet. Ab iis enim omnem disciplinam/omnemq; sapientiam tamq̃ e/fontibus haurient. cõmendãdiq; adolescẽtes erũt/si modesti(in parẽtes maxime)pietate utanť/ insuosq; bẽiuolentia. Facillime. n. (ut ait Cicero) in optimam partem cognoscuntur adolescentes.

Qum se ad claros & sapientes uiros conferunt. Si quidē opi/nionem afferent populo eorum fore se similes/ Quos sibi ip/sis adimitandum delegerunt. Quam ob rem/a/sapientibus uiris non de conuiuiis(nisi Qum liberalitate utendū fuerit) non de iis quæ principi notam aliq̄ afferre possunt/ ratio ha/benda erit: Sed quid honestum/quid turpe: Quid equum/ Quidue iniustum/Quid deniq; principe dignum sit/constā/tissime consulent. Nihil est enim (ut ait Cicero) quod tam deceat q̄ in omni re gerenda consilioq; capiendo seruare con/stantiam. Quippe si maiorum imagines ad uirtutem princi/pes incitant Quanto magis sapientum dicta principem com mouebunt? Et quamuis uetus sit sententia alienam semper uir tutem principibus formidolosam esse/ Qum tamen ad sui ipsius principis decorem utilitatemq; conuertitur/plurimi ab ipsis fieri debere existimo. Quo circa sapientium consilia nō a Iuuenibus solum sequenda/uerum etiam & a senibus prin/cipibus sunt: tum quia multum ad rerum administrandaru; curam faciunt/ Tum etiam quia/si forte non aliquid laude di gnum principes egerint/aliorum quandoq; culpa consultan/tium nō principis id factum esse homines existimabunt/. Iis tamen(qui sapientes uidebuntur) facultas præstāda est a prin cipe: ut de rebus Interpide(de quibus ambigi quādoq; solet) sententiam proferre possint.

FIDEM OMNIBVS SEMPER ESSE SERVANDAM.

m Eminisse prīcipem decet ut quod sibi/a/sub ditis præstari cupit/etiam & ipse subditis præstandum censeat. Sicut enim Iureiuran do populi adacti sunt fidem principibus seruare ne quid iniurium ne quidue inutile in principes moliantur/ Sic etiam ne iniu/

ſtum aliquod neq; Indecorum In eos ipſi principes faciant ſtudendum eſt. Ab Antiquis enim legibus definitur / fidem dictorum eſſe conuentorumue conſtantiam. Igitur nō minus principi fidem q̃ ſubditis conuenire dicemus. Nam ſi ſemel in uerba ſubditi iurarunt (Quia propter fide principem colere adiguntur) Ita etiam (Qum diebus ſingulis euangeliorum liber deoſculandus principi offeratur) Iuriſiurandi exemplo quodam uenit / ueritatem excolendam fidemq; / a / principe eſ/ſe / ſeruandam. Qua propter omnia quæ promictat / princeps ita ſeruanda ſunt / ut ſubditorum animi omnino allici ad amorem poſſint. Nam ſicut nihil turpius in principe q̃ / a fide ueritateq; alienum eſſe) conſpicitur (Mendatii namq; conſuetudine fiet / ut Qum aliquid ſuis perſuadendum putauerit ſemper decipi ab ipſo ſubditi exiſtiment) Ita etiam ſi / a / principe promiſſa ſeruentur / ſubditorum animos ad omnia (quæ ferri poſſunt) ferenda princeps incitabit. Meritorum quippe præ/mium proculdubio a / ſubditis expectatur / ſi bene faciendo principes ea quæ dixerint ſeruare conſueuerint. Naȝ omni in re omniq; tempore ſic ueritati / a / principe ſtudendum eſt ut magis ipſius uerbis q̃ aliorum Iuri Iurãdo fides adhibeatur. Eritq; beniuolentiæ & amoris principium ſi benefica ſaltem uoluntate ſubditi (quãuis etiam effectus reſq; non ſuppetent) capiuntur. Vehementer enim amor multitudinis conmouetur etiam ipſa opinione liberalitatis / beneficentiæ / fidei / omniũq; earum uirtutum quæ ad manſuetudinem pertinent ac morũ facilitatem: Subiiciuntq; ſeſe homines alterius Imperio, aut beniuolentia / aut beneficiorum magnitudine (ut Cicero ait) aut dignitatis præſtantia / aut ſpe largitiõis / aut poſtremo mercede cõducti. Fide igitur ea opus eſt / qua fraudis ſuſpitio omnino tollatur. Quo fiet ut fidis hominibus fortunas liberos ſalutem deniq; cõmictere prudentes ſoleant: utq; fides melius adhiberi cuiq̃ poſſit / tollendum eſt In contrahendis rebus omne mendatium / ne ullo pacto principum promiſſa labefa/ctari uideantur: Qum præcipue ratio poſtulet ne quid inſi/

diose, ne quid simulate, ne quid fallaciter, a principibus pro mictatur: Nam Simulatum qdcumq; sit minime diuturnum esse potest Quare princeps simplicitatem ac ueritatem regium quoddam temperamẽtum putet. Fraudem uero rem seruilem esse. Qum maxime feras eas fallaces ac fraudulẽtas uideamus, quæ timidissimæ atq; ignauissimæ sunt. Neq; enim cõfidendum est promissa (si etiam secretiora fuerint) occultari aliis posse, cum si omnibus ignota sint, promictẽtis saltem animo conscientiæq; manifestiora esse necesse sit. Quare Hostibus dicemus etiam fidem seruandam esse, ut Marci Actilii reguli magnitudo animi fortitudoq; testatur. Qui Qum ab Hamilcare iuratus Romaȝ micteretur, ut nisi nobiles pœni (Qui romæ captiui detinebantur liberi carthaginem micterent) ad supplicium rediret, nec patriæ caritas suorumq; omniũ, nec liberoꝝ uxorisue Lachrimæ Regulum retinuerũt, Quin consulari dignitate hominisq; romani fide seruata, nihil extimescens Carthaginem intrepidus ad supplicium ferendum redierit. Ad hostemq; crudelissimum potius proficisci q̃ In patriam periurus uiolata fide remanere maluerit. Nullum enim uinculum ad astringendam fidem (ut Cicero scribit) iureiurando antiquius esse maiores uoluerunt. Nam quid esset Inter homines sanctum si Iusiurandum, si diuinitas quoquomodo despecta esse uideretur? Quare studẽdum omnino est non facille Iurare: Qum qui temere Iurant, eosdem etiã crebro deierare necesse sit.

DANDAM ESSE OPERAM VT A SVBDITIS POPVLIS PRINCIPES AC FAMILIARIBVS AMENTVR.

P Lurimum ad animos subditorum conciliandos facilitas adeundi principem facit. Quippe Q um nihil sit qđ magis hominũ animos alliciat q̃ Comitas: Contra uero nihil qđ odium tantopere in principem concitet q̃ asperitas inuenitur. Et licet Natura ad libertatem natos homines perspiciamus/ea tamen arte uti principes debent/ab ipsisq; omnia quæ æquo animo ferenda sunt eo modo toleranda/ut licet inter dominum & seruũ nulla amicitia inesse natura possit/comitate tamen subigi homines aperte uideamus. Aristoteli q̃uis placeat/ similitudinem quandam esse:amicitiam/æqualitatemq; : quæ Inter subditos principesq; neq; considerari quidem potest. Si uero non inhumani principes sunt/eos plurimum/a/subditis amari necesse erit. Nam nihil qđ magis principum beniuolentiæ securitatiq; conducat q̃ humanitas inuenietur. Qua ex re tantum in dies beniuolentiæ amorisq; inde principes assequentur/ ut seruitutis onera subditi æquius patientiusq; ferant. Si præcipue secundis subditorum rebus lætari/dolere plurimum aduersis principem Iudicabunt. Si eorum egritudine angi/si honore delectari/si deniq; omnia quæ ipsis euenerint/propria esse princeps existimabit. Vetus enim sententia est/ ut si quis ab aliis amari cupit/is & alios amare studeat. Nec id quidem simulate fieri debet: Sed seruitiorum meritis ita gratitudine respondendum est/ut neq; laborum neq; periculorum subditos ullo modo pænitere possit.

DE PVLCHRITVDINE QVE PRINCIPIBVS CONVENIRE VIDEATVR:

d Vo esse pulchritudinis genera unum quidem in uenustate/alterum uero in dignitate consistere Ciceroni placet. Quare illud

mulieribus/ hoc autem hominibus (principibus maxime) cõuenit. Igitur de hoc genere dicendũ est qd non natura solum uerum etiam arte disciplinaq; acquiri potest. Nam (ut Pontanus ait) ad pulchritudinis dignitaté, incessus/ motus, gestus/ placidus sermo/ uestimẽtorum ornatus & similia huiusmodi conueniunt. Quibus omnibus decorum principis/ Maiestasue admirari/ etiam & reprahendi ab hominibus solet. Quippe si tarditate utantur ingressu principes nimiaue festinatione celeritateq;/ aut similes erunt pomparum ferculis (ut Cicero ait) aut anhelitus mouebuntur uultusq; mutabuntur. Ex quibus magna significatio fiet non adesse constantiam. Sit ergo incessus non mollis/ nec concitatus/ Sed mediocritatem principe dignam teneat: ut pro tempore grauitas ab omnibus cõprahendi possit. Sit totius corporis motus non leuis/ non rusticus petulansq; non palestricus. Sit gestus sermoni conueniens/ aptus/ simplex. Sit sermo iucundus/ qui & plurimũ grauitatis, lenocinii/ audatiæ/ simplicitatis: plurimũq; & salis & fellis habeat: ita ut repugnantes quandoq; ducat & impellat. Vestitus corporisq; ornatus/ a/ mulierũ usu consuetudineq; omnino alienus sit: Qum ab omnibus (quibus pricipis animus effæminari uideatur) cauere princeps debeat. Sicq; pro loco/ pro ætate/ pro tempore/ pro causis/ ita uestibus utendũ/ ut nec excessu/ nec defectu principes reprahendi possint. Quam ob rem & si natura id solum fieri nequeat: doctrina tamen arteq; id principes assequi studeant. Quo facile laudem non mediocrem inde assequantur :—

LAVS DEO.

Impressum Neapoli in Bibliotheca Ioan. Pasquet. de Sallo. Anno dñi. M. D. XIX. VII. Maii.